



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XXVII. Manet ipse loco Prouincialis Romam cum duobus alijs Patribus proficiscentis: qui capti fuerunt ab Hæreticis, pro quorum redemptione multum ille laborauit

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

& radios veri Solis Iustitiæ ; stellas firmamenti ; torrentes magni fluminis fluentis ex sede Dei ; palmites vitis Christi D. N. de quibus nunquam loquendum nobis esset sine lacrymis, eò quòd mala nostra vita, qua ab illorum moribus degeneramus, illos confundimus ; & meritò deb eremus erubescere, quòd aliquæ teneræ & imbecilles Virgines tantū habuerint cordis & animi, vt excellēter adeò saluarentur ; nos verò tam procul ab eis retroque maneamus.

CAPVT XXVII.

*MANET IPSE LOCO Prouincialis Romam cum duobus alijs Patri-
bus proficiscens : qui capti fuerunt
ab Hæreticis, pro quorum re-
demptione multum
ille laborauit.*



VM P. Balthassar in Metinen- A N N O
si Collegio quiete illa adeò si- 1573.
bi chara frueretur, venerunt
Anno sequenti noua de obitu
Patris Generalis Francisci
Borgij, sanctæ memoriæ :
propter quam causam neces-
se fuit, Prouincialem Congregationem habe-
ri, in qua pro more Societatis tres eligeren-
tur Romam profecturi, ad noui Generalis Ele-
ctionem. Ea Congregatio facta fuit Burgis, in
qua

qua præter P. Aegidium Gonzalium Abulensem
 Castiliæ tunc Prouincialem, electi sunt duo
 antiqui, Sancti, valde spirituales, ac prudentes
 tres, & in animarum gubernatione valde periti
 & exercitati, Martinus scilicet Gutierrez Do-
 mûs Professæ Vallis-Oletanæ Præpositus, &
 Ioannes Suarius Præpositus domûs Burgensis:
 tunc P. Balthassar Aluarius mansit Vice-Prouin-
 cialis, cum magna totius Prouinciæ delectatione
 & satisfactione: erat enim valde notus, & re-
 rus, & magni ab omnibus fiebat. Fecit officium
 suum iuxta omnium expectationem & opinionem
 & omnes cupiebant, venire ipsum ad sua Collo-
 gia, vt res suas cum illo communicantes conlo-
 rentur, ex magnoque eius spiritu fructum caperent.
 Sed breui tamen tristitia valde noua in
 Prouinciæ venerunt, quod scilicet tres illi Patres
 cum fratre Coadiutore, qui illis ministrabat
 mine Iacobus Derius, cum per Gallias transiret
 capti essent in Cardellach ab Hæreticis Ban-
 Cuius infortunij monitus est P. Balthassar Bal-
 literis, Patris scilicet Ioannis Suarij, cuius sty-
 semper fuit grauis, concisus, ac sententiosus:
 Patris Prouincialis Aegidij Gonzalij, qui quædam
 esset vulneratus, fuit in scribendo breuior, &
 que retulit ad literas sui socij. P. Martinus Gu-
 tierrius non scripsit, quia statim in custodia ob-
 Existimaui ad rem fore, si vtrasque literas
 subiungerem: tum vt obseruentur varij modi
 rationes, quibus diuina Prouidentia, in suorum
 Electorum gubernatione, vtitur: hos per-
 tens incidere in grauia pericula: illos verò
 eisdem præseruans: tum etiam, quod pertinet
 ad h
 ad hi
 datæ.
 L
 N
 confi
 Galla
 ac de
 liaria
 Fran
 uera
 benè
 di, et
 mus,
 cem
 sces
 telle
 tran
 benè
 hen
 dux
 illar
 mus
 Arce
 & v
 ante
 stia
 uia
 & R

ad historiam Patris Balthassaris, ad quem fuerunt
datæ.

*Litera P. Ioannis Suarij ad Patrem
Balthassarem Aluarium.*

NO'N est ignara R. V. consilij amicorum
mercatorum, vt iter nostrum per Galliam
dirigeremus, quodd etiam fuit Victoria
confirmatum, aduentu D. Francisci Reinosis; &
Gallarethæ, vbi vidimus Gabrielem Fonsetium;
ac denique Sangerij, cùm iam quinquaginta mil-
liaria in Gallia confecissemus, ex profectio-
ne Francisci Retanij, qui omnes per Galliam transi-
uerant. Sed placuit Domino nostro his Patribus
benè merendi occasionem offerre, & mihi paci-
endi, cùm eorum video afflictionem. Moniti fui-
mus, esse prope viam, quãdam Lutheranorum Ar-
cem, à qua tamen nos per quatuor milliaria di-
fcessimus: illi autem per suos exploratores in-
tellexerunt, quatuor Ecclesiasticos Hispanos illac
transire; accurrerunt ergo sex illorum Equites
benè armati, nosque interceperunt, & compre-
hendentes ab ipsa via ad quasdam sylvas nos de-
duxerunt, & exspoliarunt, auferentes modicam
illam pecuniam quam Lugdunum vsque habeba-
mus. Inde nos ad quorundam amicorum suorum
Arcem deducunt, vbi secundò fuimus examinatis;
& vestibus, libellis, & quibusdam scriptis, quæ
antèa nobis reliquerant, spoliati; imò & ipsæ be-
stie puluinaribus, catenis, & stapedis: etiam Bre-
uiaria, ac Diurnalìa, Cruces, Imagines, Rosaria,
& Reliquias nobis abstulerunt, eaque, non vt par-
erat;

erat; sed indignissimè, pro more suo tractantur. Deus me ab intellectu cœcitate dignetur liberare: quæ valde temerè æstimat, & contemnit; amat, ac detestatur; sequitur, ac persequitur bonum, quam malum, & malum tanquam bonum. Deus lumen det illis, vt tenebras deserant, in quibus cœci ambulant: quam apri fuissent Catholicis; melius illis fuisset in Ecclesiæ Obedientia vitam agere. Inde nos ad arcem suam præproperè deduxerunt, quorum aliqui nos præcedebant, alij sequebantur, & alij in medio nostri pergebant, verbis nos afficientes iniuriosis, exstimulantes, & baculis impellentes ipsas bestias, imò interdum etiam aliquem insidentem. Nos interim in ipso itinere confessi fuimus, Deo nos commendantes: & calamitatem illam ac vitam ei offerentes. Agebant in nos, etiam vt audire possemus, an vellent nos occidere, an lytrum quærere? Alij dicebant, permittamus illos redimi; alij: nihil tale, sunt enim Hispani, & Sacerdotes: quorum Rex, occasione captiuarum suasit Regi nostro, vt Principes nostros, ac Duces occideret; & nisi huiusmodi Sacerdotes essent; Religio nostra (ita enim suum errorem appellant) aueretur, & floreret. Si Inquisitio Hispanica nos comprehederet; nullo pretio vellet dimittere. Hic dicebat viginti ego ducatos darem, vt aliquem illorum haberem, quem statim occiderem: ille, ducentos ego, ob similem causam. Cum ad Arcem peruenimus magni, parui, & medij, viri & foeminæ, etiam pueruli nos interrogabant, an Sacerdotes essemus, an Monachi, an Canonici, an aliquis nostrum esset Episcopus: omnibus autem, quòd verum erat respondebamus.

cum

cum tolerantia, & subiectione tanquam captiuus: quisq; illorum iniuriam aliquam, aut contemptū obijciebat, prout Deus illis permittebat. Fuerunt nihilominus duo viri, & duæ fœminæ, qui compassi sunt nobis dicentes: Deum iussisse, exerceri charitatem erga peregrinos, siue amicos, siue inimicos. Capitanei, præmissa consultatione, decreuerunt, nisi magna summa pro vitæ nostræ conseruatione sibi offerretur, nos occidere. Aliqui quasi occultè ad nos venientes, id significarunt; & paulò post vocamur ad ipsos Capitaneos, vt nobis id apertè diceretur. Nam sola spes magnæ illius summa illos detinuit, ne nos interficerent. Petebant quatuor millia ducatorum, & P. Prouincialis obtulit quadringentos; sed quidam illorum, qui nos cõprehenderant, audiens tã paruam pecuniæ summam, deduxit P. Gutierrezum & me ad quãdã arcem, minitans nobis, quod vellet nos ex eius summitate præcipitare. Alius furiosè gladium nudans P. Prouincialem cæsim & punctim percussit: voluit tamen Deus, vt vulnus non multum penetraret, gladio ad latus declinante: & ita vulneratum ad eandem turrin deduxerunt; & in ipso itinere alius minatus eidem est ictus similes prioribus. Cum illo ducebatur Frater Derius, qui quòd ei fuisset compassus idem etiam in turri sustinuit: in qua nos, quasi per quinque horas reliquerunt, excitato tantillo igne ex stramine; & inter quosdam pauperes rusticos illius Regionis etiam Captiuos; erat nobis solatio cum illis esse, cū videremus eorū fidē, patientiã, & cõstantiã. Cõmēdaui mus nos Deo, Beatissimæ Virgini, Angelis, & alijs Sãctis. Tũc cepimus cõsultare, quid nobis esset faciendũ.

Ali-

Aliquis dicebat, non agamus de Redemptione præstat mori tanquam Christianos, Sacerdotes, hostes Hæreticorum: alius his addebat: tandem aliquando nobis est moriendum, & fortè bene nec fortè tam oportuna occasione in vita nobis inueniemus; & vitam ipsi non obtulissent conditionem illam pecuniariam; nam certè occasio est præclara: sed denique non ego sum promissus dulcem aliquam & honorificam mortem. Deceui tandem, ut offerremus, quod videtur iustum pro redemptione: ne ob miseriam curam pecuniam nos interficiant: quo facto superest mori pro Christo, cui vitam nostram offerremus. Tandem post multas propositiones & responsiones peruenit redemptio ad mille minimum coronatos, computatis expensis & profectionibus: & de cetero coronæ Martyrij deduxerunt nos ad hospitium, ubi assignarunt cubiculum vnum, lectum, cibum, & victum. Non videbatur illis pro quatuor hominibus, nostris chartis, & mulabus quatuor sufficere eam summam; quia mercator quidam non procul inde captus, pro seipso solo obtulerat plus quàm mille coronatos: sed primus eorum furor iam remiserat: aduertebant enim vtiliore sibi fore illas pecunias; quàm si furorem suum nobis exequerentur. Sed & nobis non est visum fore valde graue Prouinciæ hoc lytrum pro nostra libertate, & vita: præcipuè cum istic multi sint piè nobis addicti, qui bonam partem centum annorum in hunc finem oblaturi. Sed aliud euenit maioris doloris argumentum, quod certè plures lacrymas à me deduxit, quam longo tempore fleuerim, Da vs illas à me dignetur acceptare.

Ho

Hoc autem fuit, quod P. Martino Gutierrio superuenit ingens lateris dolor, ex quo intra dies quinque obiit. Non potuimus illi administrare Sacramenta, nec Missam, & Vigiliis dicere, cum sepeliremus. P. Prouincialis iacebat prope in lectulo quodam ad terram, valde etiam ex vulnere suo afflictus: Frater Derius & ego illis ministrabamus, non iuxta desiderium nostrum, sed pro ut ibi licebat, subuentum P. Gutierrio est terna sanguinis emissionem, & elegmatis siue lambituiis, & ille exspuebat optimè, in magna copia, sed materiam nigram. Quartò die aded melius sensit se habere, ut mihi diceret: ex decem partibus morbi videri sibi non superesse nisi vnã. Cum ergo lætior esset, magnamque spem salutis concepisset, petijt, ostendi sibi, quæ exspuisset: & videns, esse nigra, statim iudicauit imminere sibi mortem. Communicauerat illi Deus ante dies paucos, magnum internum sensum huius veritatis, quod nullum sit bonum, nisi quod est æternum; neque malum, nisi quod æternum durat: & tunc incidit ei magna quædam animi lætitia, quam, veluti illa sese oblectans, manifestabat, dicens: Sitire, & tantum haurire, ut tibi satisfaciat: ò quid erit! Incepit illi pectus intumescere, & oculi frangi, lacrymulâ decidere: & hora decima noctis, quinta diei animam exhalauit: quam spero, rectâ peruenisse ad cœlum, ob eius magnam virtutem, & insignem doctrinam, bonumq; vitæ exemplum, quod præbuit in Ecclesia, & Societate; & ob fidem, patientiam, & constantiam, quam in hac occasione ostendit: quia tandem obiit suam sequens Obediëntiã, præmissa generali totius vitæ Cõfessione; & aper-

& aperte confitens coram hæreticis & Ecclesiæ Catholicæ hostibus, se esse filium eius, & faceret in ea: mortuusque est vinctus ab ijs, qui illum detestantur, & persequuntur. utinam anima meo eò perueniat, vbi eius esse existimo. Solatus mihi erat eius comitatus, speranti DEVM malo me liberaturum propter illum. Eius moribus magnæ mihi fuit desolationi timenti, Deum in poenam meorum peccatorum illum nobis ablatum. Suggerebam ei interdum, quædam de DEO, ac de altera vita, quasi oportune ex memoria illi reuocarem: Sed fatcor me emboluisse, & quadam teneritudine affectum, dum suggererem. confeceram cruculam ex particula cereæ, quæ superfuerat: quam illi ad manus dabo, ut cum cruce & candelâ moreretur: dixique animæ commendationem ex paruo Diurnali, et spolijs relicto; & iacui ad eius latus vsque mane absque vilo timore, & potius securissimus, & consolatus. Sepeliuimus eum prope quoddam templum, vbi Crux quædam esse solebat, cum lacrymis & orationibus secretis; quia nos aliud poteramus; nec homines illi tulissent Reuerentia Vestra cum charissimis nostris Patribus, & fratribus nostrum hunc defectum supplebit, oblati Sacrificijs & Orationibus, & aliqua solennitate Exequiarum adhibita Salamanticæ, aut Vallis Oleti: quæ omnia bene ipse est promeritus. Ego postquam Deus ad locum Catholicorum me deduxit, feci quod potui in meis exilibus Orationibus & Sacris quoad licuit. Significauimus eius mortem hic, & scripsi Romam, & ad Prouinciales Galliarum, & Belgij, ut suffragia pro illo

illo curent. Etsi enim confidam, illum his suffragijs non indigere: non tamen propterea decet debitum Officium à nobis negligi: & ille in eo loco est, ubi gratum se exhibere non negliget ijs, qui sancta intentione hæc fecerint. Discessus meus inde talis fuit: inuenerunt inter alia scripta schedam crediti siue Cambij, vt Lugduni traderetur P. Gutierrez, aut mihi, aut P. Prouinciali: quorū alter iam obierat; alter curando vulnere suo attendebat: quare solus supererām, cui pecunia numeraretur. Miserunt ergo me, vt acceptam illis mitterem, aut adferrem. Discedentem comitati sunt me cum quodā suo itineris Duce prope duas Lutheranorum arces. Trāsiui per duo loca, in quibus hærebant milites Catholici; sed aded pecunijs egentes, vt transeuntes deprædentur, & spoliatos occidant, ne deprehendantur: placuit autem Deo ob suam misericordiam & R. V. orationes: vt quoniam nostra captiuitas iam innotuerat; & pactū, vt ego pro lytro reddendo proficiscerer: constituerent apud se, permittere me transire donec pecunia accepta reuerterer. Inueni Patrem Edmundum Gallix Prouincialem; & Rectorem Rotomagensem, decem miliaribus à Cardelach, ubi capti fueramus. Inuenimus tandem, Deo auxiliante per hos Patres lytrum pro nostra libertate. iudicarunt autem iidem Patres, me non esse aptum, vt illud ferrem; ideoque ipse P. Rector Eques, & quasi Nobilis aliquis armatus discessit heri, qui cum sit Gallus, linguæ, & itinerum, Patriæq; morum peritus, speramus feliciter eum re totam perfecturum: & habituros nos hic post nostram Captiuitatem lætū Pascha: & Deo adiuuante,

V. que R. sacrificijs & orationibus id impetra-
te, posse nos Romam adhuc tempestiue perueni-
re: cum sit viginti tantum dierum iter. Deus de-
gnetur ita rem dirigere ad maius ipsius obsequi-
um & gloriam, Amen. Lugduni die 10. Martij An-
ni 1573.

*Littera Patris Aegidij Gonzaly ad Pa-
trem Balthassarem Aluarium.*

IN his reddam R. V. rationem exitus nostrae
Captiuitatis, nam de eius initijs non est quod
referam, cum intelligam P. Ioanem Suarezium
de eo plenè scripissè. Usque ad P. Gutierrez mo-
bum quidquid patiebamur adeò erat iucundum
ac dulce, vt magna voluptas videretur, exterius
illas molestias ferre, cum quibus tanta aderat in-
terior lætitia, ac iucunditas. Morbus qui ab ipso
primo die valde periculosus videbatur, cepit in
bis solitudinè quandam ac tristitiam adferre. Sed
quamuis ipse egrotus apertè ominaretur suam mor-
tem, quã ipsa ægritudo satis indicabat: non tamen
existimasse, Deum afflictis tantam additurum des-
solationè, nec tot simul incòmoda deglutieda, vt
ego aiebam, præbiturum. Nec scio in viginti retro
annis, me aliquid magis optasse, quàm nunc huius
Patris sanitatè; nec grauius aliquid tulisse, quàm
eius mortè. Plus dolor potuit, quàm ego, vt orde-
nariam moderationè superarit, mihiq; persuadere
quemcuq; huius spectaculi spectatorem, comita-
turum fuisse lacrymas nostras, quæ etiã ipsos ho-
stes ad còmiserationem impellebant. Paulò plus,
quàm quinquaginta horis Deus hunc Patrem ad se
voca-

vocavit, generaliter confessus: sepultus fuit prope Cardellachum, vbi nullum erat Religionis vestigiū. Sequenti die P. Ioannes Suarius discessit Lugdunū: & nos hic hæsimus, ego ex vulnere meo in lecto, vbi ex ingenti fetore cuiusdā mulctis graui- ter læsi, aucta mihi est febris, & accessit fluxus: unde notabiliter fui debilitatus. In septimana sãcta surrexi: solatium nostrum erat ascendere sub te- ctum, vt nos paululum colligeremus, & spiritu interessemus officijs, illius temporis, ac pietati populi Christiani: videntes interim in hospicio il- lo à mane vsq; ad vesperam vorãtes carnes, & per- porantes absq; vlla tã sancti tẽporis memoria: & ita transegimus diẽs illos, vsq; ad secundũ Pascha- tis diẽ ad noctem, quo tẽpore cẽperunt augeri la- bores nostri & calamitates: timebatur. n. obsidio illius loci ab hostib⁹; & videbatur, quasi dies esset nouissimi Iudicij, ex ijs quã illa nocte, & duobus sequentibus diebus ibi gerebãtur, nos autẽ, si locus fuisset obsessus, non aliud quã mortem ipsam ex- spectabamus. Ideo reliquerunt nos, qui nostri cu- biculi curã gerebant, & qui vulnere meo mede- batur. Cibus noster erant Castaneæ, & caseus; & post hosce dies in magnis delicijs habuimus bo- uinam salsam, quotidie timores & prẽssurẽ reno- uabantur, vsq; ad Dominicam Quasi modò, in qua fuit quies, & vulnus meũ, quod iam intus ex con- creto purẽ cõputruerat, iterum aperuerũt, vt cu- ratio de nouo inciperetur. Statim autẽ ad initium Aprilis iudicabant Capitanei, nihil se à nobis ha- bituros: ideoq; furiosẽ ad me venerunt, vt signifi- carẽt, se velle nos interficere: quare sæpiũs de no- stra morte consularunt, per dies aliquot; donec

quatuor tantum dies nobis prescripserunt, in quibus certi ipsi de nostra redemptione fieri possent, nec ullus inuentus fuit, qui etiam oblato precor ex Arce exire, & Rotomagum ire vellet: ut quod fieret, intelligeret: nullas enim literas illic acciperant, nisi vnas à P. Suario. FERIA sexta omnem spem humani subsidij deposueramus, ob summas difficultates, pecuniam per tot milites securè adferendi. Et tandem nuncius venit à Rectore Rotomagensi, quo Capitaneus, & qui decreuerant nos interficere fuerant placati, fuit autem dies nona huius, quo tempore, siue malicia, siue ignorantia Chirurghi, femur meum concepit quoddam Apostema, ita ut vix possem incedere; & subleuata est febris cum magna debilitate. Et tandem voluit Dominus noster, omnes difficultates vincere, ac die decima quarta Iytrum peruenit, non sine magno periculo. & die sequenti lætam omnium faciem nobis ostenderunt: & ipse Capitaneus cum quibusdam alijs nos deduxerunt, & aliquam partem itineris sunt comitati, scientes iam apertè me Religiosum esse Societatis, quos illi, magno suos reputant hostes. Et ut nostrum solatiū aliqua noua calamitate dilueretur, Frater noster Derisus (qui pedes cōfecerat quasi duo milliaria) ob temporis æstus, & itineris defatigationem coepit ita debilitari, ut omnes redderet valde sollicitos, quia locus erat valde securus. Sed Deus breuè eū confortauit, ut potuerimus pergere, vsq; ad vndecimam noctis horam per montes & valles, in nullo loco hærentes ob imminetia pericula, & cum ingenti vulneris mei dolore. FERIA 5. ambulauimus tuto per loca Catholica, & FERIA 6. mane peruenimus ad hoc

ad hoc Collegiū, vbi iterū mihi vulnus aperuerunt, vt nunc tertio curaretur, nam pollex manus satis profundè per illud intrare potest: ideoque cogor hic hærere, vt faner. Non scribo R. V. quas disputationes habuerim cum Ministro in Cardellachio, quas non potui euitare. Ipse legit Cõstitutiones nostras, Regulas, & vitã P. S. Ignatij, quam in fine mihi restituit. Et propter hos libros, & literas P. Ioannis Snarij, postq̃ a nobis discesserat, apertè ei dixit, me esse de Societate Iesu. Sit Deus in omnibus benedictus, multū procul dubio nobis profuerunt apud Deū Orationes totius Prouinciæ, siquidè nos ad eò benignè suauiterq̃ tractauit. mihi aut̃ crux quidem & pudor est, quod cum sim inutilis, adhuc sim alijs ad eò grauis. Non licet nunc esse prolixior: quia adhuc nocet si scribam. Toti Prouinciæ, cuius semper sum memor, sapius me commèdo; idemq̃ facit Frater Derius. Deus omnibus sanctum suum concedat amorem. Rotomagi 22. Aprilis. 1573.

HAB sunt hõrum duõrum sanctorum virorum literæ, quos his calamitatibus Deus voluit exercere; sed ex eisdem eripuit, vt ad labores alios non minus graues disponderet. Sed sanctum Patrem Martinum Guierrium voluit hac occasione remunerare, educens eum non solum ex ferreis compedibus; sed etiam ex carcere corporis ad cõfitendum sanctum nomen eius, & scelici beataq̃ eius visione fruendum, quam tantoperè cupiebat. Mortis etiam ratio fuit eius desiderio conformis, instar scilicet Martyrij, quemadmodum testatur ipse Pater Ioannes Snarius: eò quòd prouenerit ex ictibus, & percussionibus, malaque tractatione

hæreticorum, Catholicæ fidei hostium, quam ipse publicè profitebatur. Cùm enim P. ipse Martinus debiliore esset complexionis, quàm alij magis incurrit detrimentum; & cùm esset Beatissimæ Virgini addictissimus, illa eum præuenit ad hanc pressuram. nam propè locum, in quo fuerunt capti, descendentes ex suis iumentis, accesserunt ad quoddam facellum Beatissimæ Virginis, quod ipsa via erat, vt orarent. Et ibi illa ei reuelauit, vt intra dies octo moreretur. Nec post mortem eum deseruit. nam, cùm die Sabbathi secunda hora matutina obiisset, ingressa est in cubiculum foemina quædam gallico habitu induta, sed honestissimo, cū tamen transuisset propè ipsos montes, & custodiã Gallorū Hugonorū: & locum est cum P. Ioanne Suario (qui hæc retulit) eum interrogauit lingua, quam Pater intellexit: nam alicuius mortui corpus ibi haberent, & an eadem decenter coopertum: cumque verè non esset apertum, eduxit illa mundum lintheamen, quod gerebat sub axilla, & illud honestè, valdeq; cōmodè inuoluit, suamq; benedictionem ei impertiuit: & Patri gratias ei agenti, & aliquã solutionem offerenti respondit: non propterea veni, & statim exiit. Omnes autem, qui eam viderant, persuaserunt sibi, eam fuisse Virginem sanctissimam, aut certè ab ea missam in subsidium seruorum eius viuentium, & necessitatem defuncti. Sepelierunt eum extra Oppidum prope quandam Crucem, quæ stabat è regione cuiusdam templi. Fuit autem DEI Prouidentia, vt memoria loci, in quo fuit sepultus, non omninò euanesceret; nam post triginta annos Pater Iacobus Turrianus exaf-

ex affectu ac deuotione erga sanctum hunc vi-
rum Romam proficiscens Procurator suę Prouin-
cię Peruanię, rransiens per Galliam, valde egit cõ-
mendauitque Patribus Societatis, qui erant in
Collegijs propinquis Cardellachio, vt in-
quirent diligenter sancti illius corpus: quod il-
li ita sollicitè præstiterunt, vt verè certis signis ac
testimonijs illud inuenerint: patriq; Turriano ex
vrbe redeunti illud tradiderunt, qui secum in Hi-
spaniam tulit Anno 1603. tradiditq; P. Alphonso
Ferrerio Prouincię huius Castellanię Prouincia-
li. Et quamuis Salmaticense Collegium valde il-
lud optaret, eò quòd sanctus vir per multos an-
nos fuisset ibi Rector: adiudicatum est tamen do-
mni Professæ Vallis-Oletanę, vbi erat Præposi-
tus, cum electus fuit ad profectiõnem Romanam:
vbi sanctum corpus cistæ plumbeæ inclusum col-
locatum fuit in supremo summi Altaris gradu ad
partem Euangelij, & superpositus est lapis cum
hac latina inscriptione: Patri Martino Gutierrez
Almodouar, huius domus Præposito, singulari
pietate, virtute ac doctrina viro, in carcere apud
Hæreticos Cardellacij in Gallia Narbonensi vita
functo, Anno 1573. ætatis 49. Atq; huc inde transf-
lato Anno 1603. amoris ergo Patres DD.

§. I.

SEd ad historiam nostram redeamus. Statim
Satque P. Balthassar has literas accepit, confi-
tuit, vt necessaria pecunia pro eorum redem-
ptione quæreretur. Et quamuis quicumque alius
fuisset Prouincię superior, magna id cura fecisset:

V 5 tanta

(tanta enim est in Societate charitas, vt non solum tantorum Patrum causa, quorum vita totum illi valde expediebat; sed cuiuscunque fratris Coadiutoris magna fuisset adhibita diligentia, etiam si tota propterea Prouincia debuisset debito onerari) At P. Balthassari fuit res hæc facilior, & expeditior ob notitiam & amicitiam, apud Notinenses & Burgenfes potentes ac diuites mercatores, qui suam correspondentiam cum Lugdunensibus habebant, quibus facillimum erat pecuniam assignare pro lytro Patrum soluendam. Ne defuit diuina Prouidentia in hac occasione. præcedenti anno ingressi fuerant Societatem Nouitij duo insignium facultatum, qui ex sua hereditate liberaliter obtulerunt tria millia ducatorum: tot enim necessarij censebantur ad rem omnino expediendam. Hac expedita diligentia, contendit Pater Balthassar properanter Burgos, in negotio huic finem imponeret: & inde statim expediti Fratrem Bartholomæum Vvæzanum ad huc Nouitium, sed gallicę linguę peritum: qui seculari habitu indutus, ne agnosceretur & ab Hereticis caperetur, profectus est, secum habens Schedas Cambij Lugdunum: vbi solutum id fuit

de quo pactum fuerat; & Patribus prospectum de ijs, quæ ad suum iter prosequendum erant necessaria.

